

Morlini Girolamo

*Alfonso II d'Aragona (Girolamo
Morlini, Novelle e favole, novella XLI)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Morlini Girolamo

*Alfonso II d'Aragona (Girolamo
Morlini, Novelle e favole, novella XLI)*

1520

[1] Bactinus, illustrissimi Calabriae ducis miles, dum in Mediolano castramentaretur, in cuiusdam vici obsedione copiis veniens, cum hostibus belligeravit; commissoque proelio, alios iugulaverunt, alios cactivos milites sortiti sunt. [2] Sorte Bactinus cactivus clericus contigit, qui hostium formidine nun nullos in ingluvie ventris aureos latitaverat. Hic vero quadam die, dum naturaliter ventris purgandi necessitate astringeretur, quendam invium in locum secessit, et dum pecuniam deponeret atque excresceret, ecce illum Bactinus clanculo offendit. [3] Et magna letitia affectus cernens cactivum suum pecuniam emittere, trepidans assiduo pulsu, micanti corde, sedulo ad aromatarium convolvit. Medelam ex anacardico, mirabolanorum, Indie pruni ac cassiae dixtraxit, cumque ea coram duce transitum cum fecisset (quia ducis parascitus ac iocularis erat Bactinus), ab eo sciscitatus est dux quid erat de medela factururus. [4] Renidens Bactinus ac delirus taliter ducem devovit: "Illustrissime princeps, scito me nec ausilio nec favore tuo amplius egere: nam fata mihi dedere presbiterum mancipium pecuniam cacantem, qui Deo fautore et medela istac exiguo temporis spatio tantam evacuabit, quin nummosus et non exiguae stipis ero". [5] Commodum hec expleverat, duci terga vortit et curriculo domiitionem capescens, medelam illam violentam atque evacuativam presbiterum sorbillare compulit; cuius vi infectus, usque ad intestina deponens, expiravit. Bactinus vero, spe destitutus, egenus et sine favore remansit. [6] NOvella indicat spernendas esse divitias, quae liberalitate perduntur, parcite putrescunt; superbos que deponi atque humiles in fine fieri.